

50, 51· σσ. 159-189, αρ. 5-7, 13-23, 25-26, 29, 31-33, 35-37, 41, 42, 44, 45· σσ. 191-208, αρ. 1, 2, 9, 11-13, 15-29, 31-35, 37, 38· σσ. 209-214, αρ. 2, 6-11· σσ. 216-231, αρ. 4-16· σσ. 234-265, αρ. 2-19, 21-23, 25-36, 38-41· σσ. 269-282, αρ. 1, 5-7, 10, 13-16.

ΕΠΕΙΔΗ ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ ΝΑ ΕΚΠΛΕΙΣΤΗΡΙΑΣΤΟΥΝ ΚΤΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΔΗΜΟΣΙΟΥ ΣΤΗΝ ΚΡΗΤΗ, ΤΗΝ ΜΕΘΩΝΗ ΚΑΙ ΤΗΝ ΚΟΡΩΝΗ, ΑΠΑΓΟΡΕΥΕΤΑΙ ΣΤΟΥΣ ΚΑΓΚΕΛΛΑΡΙΟΥΣ, ΤΟΥΣ ΓΡΑΦΕΙΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΝΟΤΑΡΙΟΥΣ ΤΩΝ ΣΥΓΚΕΚΡΙΜΕΝΩΝ ΠΕΡΙΟΧΩΝ ΝΑ ΜΕΤΑΣΧΟΥΝ ΣΤΟΝ ΠΛΕΙΣΤΗΡΙΑΣΜΟ.

ΓΙΑ ΤΟΥΣ ΠΑΡΑΒΑΤΕΣ ΑΠΕΙΛΟΥΝΤΑΙ ΠΟΙΝΕΣ

Βενετία, 1383, 12 Ιουλίου

«Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XII Julij.

Cum sint multa loca terrena et possessiones nostri communis que debent incantari et deliberari pro bono nostro communis in insula Crete et locis nostris Coroni et Mothoni de quibus est omnino providendum, ita quod commune nostrum non decipiatur nec fraudetur. Et sicut notum est, cancelarij scribe et notarij dictorum locorum et camere Crete acceperunt et continue accipiunt de ipsis locis cum notabili damno nostri communis; uadit pars quod stringatur et expresse prohibeatur quod aliquis de predictis non possit accipere nec aliquis alius pro eis uel eorum nomine non possit accipere ad incantum ullo modo de ipsis locis territorijs uel possessionibus nostri communis sub pena perdendi totum, quod acciperent uel in quo contra facerent quod sit nostri communis. Et si predicti cancelarij, notarij uel scribe dictorum locorum et officiorum habuissent uel accepissent ipsimet ad incantum aliquid de predictis a nostro communi sit in libertate eorum usque annum proximum tenendi dicta loca uel eorum de officijs in quibus essent et non possint habere aliquod offitium nec beneficium communis Venetiarum donec exiuerint de eis. Et committatur rectoribus nostris dictorum locorum quod teneantur inquirere de contrafactionibus et facere obseruari predicta pro bono nostri communis. Item committatur dictis rectoribus quod teneantur et debeant facere solui de presenti totum et quicquid predicti cancellarij notarij uel scribe tenentur soluere nostro communi occasione locorum terrenorum uel possessionum quas habuissent et tenuissent a nostro communi, quia non curant soluere intromittendo et uendendo de bonis illorum si non soluent ita quod commune nostrum non decipiatur ullo modo»¹⁹⁵.

148

1351. Διοικητικά έγγραφα. Ρόδος [λ].

A. Luttrell, «Los Hospitalarios en Aragón y la Peste Negra», *Anuario de Estudios Medievales* 3 (1966), σσ. 511-512, αρ. 3-4 (= Luttrell, *The Hospitallers in Cyprus*, αρ. XIV).

195. σσ. 247-248, αρ. 22.